



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Ridiculum est hic multa quærare de fidibus, cum hic solum sit fidei in Dauide negociū, Nam de hypocritis qui opera sanctorū tantum respiciunt, & per hæc sese placere, ac illi placuerūt, putant, dicitur Amos. 6. Quæ canitis ad uocem psalterij, Sicut Dauid putauerunt se habere uasa cantici &c. Iubeat. Hæc casus putantur cum sit prouidentia dei de Dauide. Sed uidebis qui ad aulam honorandus iudicio carnis rapitur, ad crucem certe rapitur iudicio dei, ut infra uidebis.

## CAPVT XVII.



In hac historia quis non uidet qui d ualeat fides contra Satanam & exercitum tenebrarū, cui seruit hic mundus dum persequitur euangelium in Israelitis, id est, populo dei? ALLEGORIA ergo est.

Goliath est princeps mundi, Philistæi regnum eius, Saul pastor absq; fide, Dauid Christus & quisquis in Christo fuerit iam spiritu robustus. Israelitæ trepidum adhuc euangelij uulgus, quod per Christum & bonū pastorem, id est, euangeliū prædicatorem animatum omnibus hostibus superius euadit. Item Saul more suo cunctator est, & facit tremere cunctum Israelem ad unum Philistæum. Regnum enim hypocritarū tale est aduersus Satanam, & dei iudicia ferre non potest, nõ enim est illic spiritus uictor. Solus autem Dauid, id est,

Christus saluat populū, Id quod multo dignius ex huius historiae uerbis legeris quàm ex cōmentarijs humanis. Miram fidem Dauidis & zelum pro populo contra blasphemiam aduersarij hic uides in Dauide, ardet totus dum spiritu fertur pro gloria dei. Isti sunt Christi affectus sese offerentis pro nobis, ut statim initio inunctionis suae ostenderet Dauid per deum, quid ipsius regnum esset effecturum in Christo Dauidis filio. Iste quoque est affectus omniū fide pugnantium contra Sanae astutias, mundi sapiētiam & potentiā, non sunt hic arma carnalia. 2. Cor. 10. sed omnis armatura dei, Ephe. 6.

### Altitudinis.

Hec omnia describuntur, ut uideamus postea fidei in deum potentiam, & quàm non sit facile fidere deo. Timent hic filij Israel, ut olim quando miserāt exploratores in terrā Canaan, qui reuersi dixerūt, gigantes uidimus, urbes usque in coelū munitas etc. Fides nō respicit in ea quae apparent, sed scit oīa esse possibilia cre  
Et aiebat, id est gloriabatur, Sicut homo cadenti die qui gloriatur de euangelij impugnatione.

### Dauid autem.

Antithesi describitur Dauid abiectus postq̄ gloriosus descriptus est Goliath. XL. diebus.  
Deus auxit hanc tentationē ut solet, ut oībus desperatis magis insigne fiat fidei miraculū, Sicut enim Saul hypocrita ubi describitur, ita Dauid fide plenus etc.

## Dixit Isai.

Vides rursus dei prouidentiam, id quod casum putant homines.

## Quid dabitur.

Non sua per hæc quæ sicut Dauid, qui se offert iudicio omnium in mortem, sed occasionem querit ut à rege uocetur. Vult enim mitti iam spiritu tractus, ut Esaias qui ait cap. 6. Ecce ego, mitte me.

## Quod cum audisset.

Non mirum de Philistæo cum & frater contēnat Dauidem inuidia motus, sed ut illius blasphemiam non fert, ita huius inuidiam & contumeliā contemnit, Christiana uita hæc est, ubi non solum ab aduersarijs, sed etiam à falsis fratribus periculum est, præcepto patris uenerat & zelo dei mouebatur, quæ iudicantur à fratre superbia & nequitia cordis, Non possunt enim hypocritæ non male iudicare de proximo &c.

ALLEGORIA. Patris imperio uenit Dauid, & Christus factus est patri obediens usq; &c.

Non concidat. Fides Dauidis & diffidentia Saulis describitur, simul et magnitudo rei quasi impossibilis.

## Pascebat.

Exemplis persuadet, quæ hactenus latuerant, quæ sicut Dauidis modestia. Hæc est fides exercitata quæ sepe experta dei in necessitate adiutorium, Porro non diffidit ad futurum, sciens quæ manus domini non est abbreviata. Sic argumentabatur apud sese Dauid, Si adfuit do-

minus pro rebus & corpore contra ursum & leonem  
pugnanti, multo magis aderit blasphemiam tam insig-  
nem non ferenti, quæ iactatur in dei populū atq; adeo  
in deum ipsum.

Erit igitur.

Vides quo zelo feratur pro gloria dei & salute popu-  
li, non hic respiciendum in Dauidem sed in spiritum  
dei agentem ipsum Dauidem.

Non possum &c. Hæc facta sunt ne quid hic  
tribueretur armis & potentie humane.

ALLEGORIA. Dauid non bellicis aut mundani  
regni armis pugnat sed suis, id est, baculo pastorali  
& funda & quinque lapidibus, quæ despiciuntur & ira-  
ridentur à Philistæo, significant enim uerbū dei mun-  
do despectum, & stulticiam uerbi crucis. 1. Cor. 1. sed  
ista infirmitas & stulticia & ut uocant, hæresis deijcit  
mundi potentiam, sapientiam & iustitiam, & princi-  
pem mundi eijcit foras, totūq; inferorum exercitum  
contra dei uerbum reluctantem confundit & in fugā  
uerit, Hæc est manus domini quam hodie uidemus.

Adolescens, quem potius possent amare mu-  
lieres, quā q posset congregari cum gigante bis armato  
& ad prælium doctissimo?

In nomine.

Nomen domini opponit omnibus armis mūdi & astu-  
tie bellicæ &c. secundum illud in prouerb. Turris for-  
tissima nomen domini &c.

Vt sciat, Vides quare oia ista aggrediatur Dauid,

nempe ut glorificetur deus Israël etiā in gentibus & populus Israël discat confidere deo.

Ipsius.] Nihil sibi arrogat, sed oīa deo fert accepta. Vide orationem Matathie. 1. Mach. 2. & Iudæ ca. sequenti &c. Caput percutit sine quo reliquū corpus nihil est, quod & post amputat & in triūpho traducit. Hoc est caput serpētis quod insidiatur calcaneo nostro ut cadamus, sed contritū est à Dauide, Gen. 3. Est enim persuasio Satanae contra uerbū dei, iustitia illa humana, quā Paulus uocat doctrinā demoniorum, quam uulnerabis & deicies stulta prædicatione dei, dum docueris solius dei esse iustitiam per Christū. Ex isto uno articulo statim sequitur iustitiam & uires humanas nihil esse, cadit princeps mūdi, & territe oēs sectæ iustitiarij exercitus cōfundūtur & in fugam uertuntur & pereunt. Ab isto capite incipiendū, ut doceas iustitiam dei contra iustitiā mundi, tūc reliqua uictoria facilis est. Nō incipiūt à capite qui externa quædā & minora statim cōuellūt &c. Gladiū eius, sic aduersarios quādo producūt contra nos scripturas proprio gladio iugulamus. Et Satan pugnans contra Christum suis sese confodit armis &c.

#### Caput in Hierusalem.

Sic Paulus Col. 2. loquitur de lege quæ est uirtus peccati quod uenit super nos per Satanam, dicit. Deleto quod aduersum nos erat chirographo &c.

Tab.

Tab. suo.] Gladius tamen postea inuenitur in tabernaculo domini, infra capite xxi.

De qua stirpe, Mirū hoc, quod uidetur non nosse, quem antea dilexerat armigerū, sed de progenie interrogat, cuius facile oblitus fuerat rex, & praeterea stupor & admiratio tenuit regē. Adde quod de progenie interrogat, nam promiserat filiā Philistaei occisori. Verū quam fraudem hac occasione ei intenet, uidebis capite sequenti.

## CAPVT XVIII.

**I**dem uidimus Davidis, quam necesse est sequi crucem, & fidei probationem. Atque haec ipsa gloria deuicti Goliath occasio est persecutionis, dum Saul nō fert sibi aliquē praeferrī, ut uideamus sanctos utcunq; peccatores, tamen non propter peccata, sed propter iusticiam pati persecutionem. Quo enim honore nō dignus fuisset David, pro tā sancto facinore? Sed oportet fieri, quod Christus dicit in Psal. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi &c. Diuersi uero describuntur in sequenti scriptura Ionatas & Saul propter dauid. Ille pius ut supra uidimus, insignes in eo amat uirtutes & pietatem, sedm illud, Qui timent te uidebunt me & letabuntur, quia in uerba tua speraui. Hic autem impius non potest non odisse & persequi pie-

Q